



Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines

We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute

The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

Doctissimo atque Ornatisimo Viri
 D.^m Christ. Gott. Ludwigo
 amico suo plurim. colende
 J. Franc. Seguierus
 S. P. D.

Iam fere annus est ex quo literis tuis responderi debebam; noli
 tamen id negligentiae tribuere; nam tibi addictus sum quam
 qui maxime. Cum autem unus sim ex Sexviris, quibus Collegii
 humaniorum litterarum Civitatis Nemausensis cura demandata
 est; anno praeterito Tolosam adire jussus sum, ~~ut~~ a Senatu
 Tolosano impetranda, ut idem Collegium in numerum eorum
 quae tum supprimenda decreverant, nostrum ^{scilicet} haud reputaretur.
 Res mihi feliciter succedit, et communi Senatus calculo utilissimum
 et civitati nostra maxime necessarium decretum est; quod quidem
 non tantum mihi, sed et Civibus nostris gratissimum accidit.
 Nunc vero ut floreat et instauretur totus sum. Atque variis
 occupationibus irretitus, vix cum amicis licuit symbolam conferre,
 et ex mutuo epistolarum commercio rescire quae ipsi agebant,
 vel quae agerem cum illis communicare.
 Montpellier Goveanum conveni, ea praesertim de causa ut semina et
 quaecunque ab eo petieras mihi impateret, meis tuisque votis sa-
 tisficeret. Promisit, nec tamen adhuc dum fidem solvit. Tum quidem
 occupatus erat in edenda Flora Montpellierensi, quam parabat.
 Nuper promissionis suae memorem feci, rescipuit se curare ut
 Flora suae exemplar ad te perferatur, nec semina huc usque
 misisset, ut copiosiorum fasciculum pararet. Attamen cum
 tempus urgeat, neque amplius ea expectanda decrevi et

ea quaecumque ad manus meas essent mittenda opportunum esse
dixi. Quaedam sunt inter ea exotica, quae tibi, ut spero, gratissima
erunt. Una accipies exemplar *Litterarum Et. viii D. de Condomine*
de Variolarum institutione, in quibus tota quaestio pertractatur de iis
ad hanc rem spectantibus apud Gallos, librorumq. omnium in id
argumentum excusorum ratio redditur, adjecta crisi. Adjeci Epis-
tolam alteram Et. viii Joannis Razoux medici Nemausensis, in
qua agit de Variolarum institutionibus quae Nemausi actae sunt
et felicitate successere. Is idem est ac ille, qui in tome 5. p. 285
Act. Helvetior. Dissertationem edendam curavit de quibusdam
morbis et affectionibus exanthematicis: et nova in dies parat
ad artis quam profitetur incrementum. Aliquo nomine
minori momenti diem adjunxi, quae faciam tibi arri debund.

Fasciculum *Selvagio* inuencpatum postquam Lugduno accepissem
ipse Monspelium attuli, ^{huc} ~~filique~~ tibi. Sero equidem in manus
suas devenisse, etsi eundem non convenerim, *Narbonem* tunc
petierat, ubi per aliquod tempus commoratur est.

Necio quo casu Voluminis ex parte 3. quam primum miseras, ~~missa~~
sit. Quam denno misisti cure quam maxime, tibi plurimum *derisor.*
Genet. Supra accipi diem *Parlem 4.* Utamque non solum oculis avide
lustravi, sed totam perlegi: nam inter varia argumenta, de quibus
narratio instituitur, multa sunt quae me admodum delectant
et quibus erudior. Gerardi *Flora Gallo-Provincialis* paucis
abhinc mensibus solum mihi evolvere contigit. Nova methodum
excogitatio totam botanicam turbat, optime in recensione illius
specis dictum est, utrum applausum promeretur non esse dis-
quisendum. *Di. Valat.* de *Cruc.* *Petri Lyoneti* nondum ad nos
delata est, diligentissime mihi elaborata videtur pro more athenis.
Si enim in insectorum adeo prolixa descriptio conscriberetur, libro-
rum non esset finis. *Jobi Barleri* Opuscula quae *Harlemi* caduntur,
curabo ut ad me deferantur, ea quidem utilia omnino reputa ad
animalia quae describit probe cognoscenda. Miratus sum

et Van Elchium, in Historia Physiolog. Ascaridum prætermisere Vallinienum,
qui in Tractatu vermium in corpore humano degentium, doctè de his agit.
Curiosum profecto mihi videtur Doctus Bohadrech tradit de Lernæa,
Symbria et Hydra, tum de aliis marinis animalculis quæ descripsit,
ita ut librum ipsum videndi salivam movit, et quamprimum curabo.
Clem pholades cellam ubi nostræ proximam habitare demonstrant ipsa
sæcra pluribus foraminibus perforata. Mare tamen nulliambus sædecim
nunc ab illo colle dirigitur, et ubi jam pisces natasse constat, nunc
seras venantur. Ambrosina descriptionem quam confecit vir amirissimus
Ferdin. Bassus, ex ipsius liberalitate pervideo. Nequaquam tamen in ea
peto prætermittere debet verba facere de Provençalia palustri Pott. gen. p. 45. quæ
Calla palustris Linnæi spec. 968: tum adsignare discrimen quod ^{inter} utramque
intercedit. Præclarissimam Bursonii Ornithologiam imper. evolvi. Ceteris
ornithologis ipsæ palmam præcipuit. Epitomen Insectorum quæ circa Pa-
risienses reperiuntur et Geoffroi mihi comparavi, cum maxima eorumdem par-
in nostris regionibus inveniantur, et hinc nobis æque ac Parisiensibus illa
volumina utilissima sunt. Bertrandi Commentarius de interna Telluris
structura etiam pervideo, sæpiusque vixi sum. Dravium medicum Dni
Vandermonde, Dⁿⁱ Razoux, jam laudatum, sibi deferendum curat, ita ut
id quoque evolvo sæpius. Dissertationem Richardi Ruvel ex Anglica
lingua in Gallicam versam, anno præterito in manus habui, repensque
de illa versione, cum illo viro qui eandem fecerat, sum collocutus. Nunquid
decessit, num obdormit, hanc scio. Minis Longus form. si cuncta quæ in
eruditissimis Commentariis lectus jucundissimis rei physice et historie
naturalis inscientia deprehendi hinc annotare vellem, invitatur de his nunc
dicere superædeo.

Cl. Jo. Theod. Eller Regis Borussiae archiatræ pervidebat, uti ferunt, Museum
mineralogicum instructissimum. Num ab ejus excusa adhuc servatur, a quo
et ultimum? dicas amabo.

J. Atinius nova opera semper mobilis, utinam bene! Doctor Sage cognominatus
apud Anglos, ex quo Naturæ virtutes extulisset. De novo opere quod parum
vix habeo quod dicam, vellem tamen melius sibi et botanicis consuluisse.

Cedri Floram Danicam Monspetii apud Govecum evolvi: ercona et
descriptione mihi accurate visa sunt, opusque plurimum facio.

Ex ultimis quibusdā literis huius deprehendi te virgine Commentar. Vestrum

Vol. II. Partes I. et II. et Supplementorum altissimam: faxis Deus ut presto
illis fruantur? Satisq. alii hancisconis ut fidem solvas.

Scilicet Linnæum. Novam generum editionem dedisse, sequi in hac editione
acquiescere vellet. Utinam primum servet. Sol respicitur editione negotium
botanicis facerunt, totque mutationes memoriam turbant, ita ut Genus
vel planta species quaedam præ nominum multitudine, a purissimo quoque
botanico vix absequantur.

Adversarii Plantarum Familias jam apud vos delatas esse mihi persuasum
habeo. Multa in hunc librum congeris ad varias plantarum methodos cognoscendas
utilia, perpetuamque librorum botanicorum recensionem conficit a
crisis. Hunc vero methodum, quam ipse preponit, ceteris anteponenda in
tu video, iudiciumque a Te expecto.

D. Carolus Fredericus Galath Daniscanus et D. Theodoricus Kleinii nepos, imper
convenit me, in me Monopelia degit. Te illum commendasse Goveanis mihi
renunciavit, statimq. de te plura verba fecimus. Addidit M^r. Codræ
quodcumque Av. tibi apud te fuisse delatas. Olim literarum commercium
cum illo viro per aliquot annos mihi habere contigit, vehementer de ejus
morte dolui. Echinos et Echinitas nonnullos a nepote petii, sequi curatu
rum ut haberem pro humanitate sua promissit.

Gratum mihi fecisti medicæ manus adhibuisse D^m. Chalas, quam tibi commen
davi. Memoriam illius beneficii se præstitit, inaque opera convalescere
parentes suos certior reddidit.

Fasciculum amicissimo viro ^{Schlaegero} inscriptum fac ut habeat rogo. Vale
vir amicissime, meq. tibi ad dretum reputa. Nemausi die 25.
Feb. an. 1765.

Fasciculum Lugdunum mitte inscriptum uti moner a M^r. Dehamps et
Lipsum ad fratres Durigum convellant, tibiq. tradatur.

D. Poch medicina Doctor Narbonensis de Plantis quas in Pyrenæis montibus
conspicit et observavit, tum de illis quas circa Narbonam sponte proveniunt
opus parat, totumque in eo est.

Fasciculum jam Tabellioni dederam Lugdunum mittendum, cum mihi innotuisset
Mareatorem hujusce in his Lipsum proxendam mitti, itaque statim reserari,
et ab ipso impetrari, ut tibi redderetur. suscepit, quod libentissime fecit. Neque
etiam curiose fecit laudatam Chalas M^r. mense proximo Nemausum reverte
rum esse, itaque si quidam ad nos mittas velis ille utat. Semina plantarum
exotica si impatire mihi gratissimè foret.